



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Cap. XXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

ET DIXIT HOMINI etc.

Vi per sapientiam Verbi, omnia creata & disposita sunt, ita p eandē, recreatur & regeneratur homo: nam quicūq; crediderit, uera sapientie particeps est, sapientie uero particeps, timet Dominū: qui uero Dominū timet, uitat malū: proinde, ut etiā est Prouerb. 1. Timor Domini, est initium sapientie, que sola fide non humano captu inuestigari potest.

CAP. XXIX.

ET addit Hiob, assumens parabolam suam dicens,

Quis dabit mihi (ut sim) secundū menses priores, secundum dies (quibus) Deus custodiuit me.

Quando splēdebat lucerna eius super caput meum, quando ad lumē suum ambulabam in tenebris.

Quemadmodū eram in diebus adolescentie mee, quando absconditum Dei erat super tabernaculo meo.

Dum adhuc omnipotens mecū erat, in circuitu meo adolescentes mei.

Dū lauabam gressus meos in butyro,

& petra fundebat mihi riuos olei.

Dum egrediebar portam in ciuitate
& in platea parabant sedem meam.

Videbant me adolescentes, & abscon-
debantur, & senes assurgentes, stabant.

Dum Principes cessabant in sermone-
bus, & manus ponebant ad os suum.

Vox Principum abscondēbatur, & lin-
gua eorum maxillis adhærebat.

Auris audiens beatificabat me, & ocu-
lus uidens testimonium, reddebat mihi.

QVIS DABIT MIHI VT &c.

*Vt certo, non tam amici, quàm totus mundus cog-
noscat, Hiobem sine causa, & cura peccati meritum
adfluctum esse, confert nunc Hiob, ijs sequentibus ca-
pitibus, priorem felicitatem, cum presenti maledic-
tionis supplicio, & recenset uitæ suæ antea cæca-
logum, quo tacite, amicos suos, calumnie & menda-
cij arguit: iam ut dulce est in prosperitate, priorum
minisse laborum, ita grauissimum est in felicitate mem-
nisse prioris felicitatis, optando igitur ait: utinam mihi
possent rursus, priores uitæ meæ dies contingere, qui-
bus felix eram, quibus propitiū habebam Deum &c.*

QVIBVS DEVS CVSTODIUIT ME.

*Quasi diceret, nunc dereliquit me Deus, quæ quod-
dam*

tam multis beneficijs adficiebat, & summa cura, ab
 omnibus aduersarijs custodiebat. Custodit aut̄ Deus,
 quando non tam beneficijs externis, quàm Verbo suo
 presens est, quod Verbū, uera lucerna, & lumen ad
 ambulandū in tenebris, dicitur. Psal. 118. Lucerna pe-
 dibus meis, Verbū tuum, & 2. Pet. 1. Habemus pro-
 pheticum sermonem, cui benefacitis attendētes, qua- **Verbum Dei**
 si lucerna, lucenti in loco caliginoso. **lucerna.**

QUANDO ABSCONDITVM DEI

ERAT &c. Absconditum Dei, est Euangelion, my-
 sterion ab eterno tectum, quod iam inde à condito or-
 be, in cordibus piorum lucebat: optat igitur Hiob, ut
 res reueletur cordi suo Euangelion, quod aliquan-
 dum in hoc mortis iudicio, ex oculis eius ereptū erat,
 & nudus ante tribunal sistingebatur. Potes & per ab-
 sconditū, intelligere, tacitam Dei prouidentia & cui-
 tam, qua pios ab omnibus aduersarijs defendit.

DVM LAVABAM IN BUTYRO.

Ut est, dum omnia in tabernaculo meo superabun-
 da benebutyrum enim & mel, abundantiam honorū
 significant, neq; enim est, quod intelligas Hiobem, tā
 stulte egisse ut pedes suos in butyro lauerit, sed hac
 prouerbiali facie, explicatur omnium rerū plenitudo.

DVM EGREDIEBAR PORTAM.

Quotūmodō est, qua Hiob sub oculos subiicit bo-
 ni, moderatūq; principis ἐξουσία, & populi obediē-

A N N O T . I N H I O B

lis obseruantiam: quanta autem Hiob autoritate, i
ter suos præditus fuerit, uel hinc æstimare potes, q
adulescentes, à conspectu eius fugerint (hæc enim
puerorum disciplina) quod senes in eius honorem
surrexerunt, id quod ciuilitatis est.

DVM PRINCIPES CESSABANT.

Commendat & sermonis prudentia, Hiobem, lo
quente enim eo, omnes Principes & sapientes tace
bant, & sapientiam sermonum eius admirabantur.
Parū est, ingētes camelos possidere, & multas oues:
hæc demū magna Dei benedictio est, ab omnibus coli
& obseruari.

A VRIS AVDIENS BEATIFICABAT.

Id est, eram populi sermo, ubiq; prædicabar scilicet &
beatus, publica omnium fama & laude cōmendabar.

Quia liberabam pauperem a clamore
& pupillum, cui non erat adiutor.

Benedictio pereuntis super me uenie
bat, & cor uiduæ lætificabam.

Iusticia uestis mea erat, & uestiebat me
sicut palliū, & amictus iudicium meum.
Oculus eram cæco, & pes claudō.

Pater eram pauperū, & causam quam
ignorabam, inuestigabam eam.

Conterebam molas iniqui, & de den
tibus

abus suis, auferebam rapinam.

Et dicebam, in nido meo peribo, & quasi harena multiplicabo dies

Radix mea germinabat apud aquas, & ros pernoctabat in messe mea.

Gloria mea renouabatur mecum, & arcus meus in manu mea mutabatur.

Me audiebant, & expectabant, & filebant ad consilium meum.

Post uerbum meum nihil iterabant, & super illos stillabat eloquium meum.

Et expectabant me tanquam pluuiam, & ore suo hiabant (quasi) ad pluuiam ferotinam.

Si aridebam eis, non credebant, & lumine faciei meae non deiciebantur.

Si elegeram uias eorum, primus sedebam, & habitabam, sicut rex in exercitu, tanquam incoerentium consolator.

QUIA LIBERABAM PAUPEREM.

Recenset Hiob, pietatis opera, non quia de sua iustitia gloriatur, sed ut doceat, quae sint uera fidei opera, & declaret amicos iniuste iudicare, quod dicant eum, iure & peccati merito, adfuctum esse. Itaque &

Officium bo-
ni Principis,
non supersti-
tiosi.

ex hoc loco discce, quis sit genuinus fidei fructus, quod sit pij Principis, qualis Hiob fuit, officium, enim ait, audiui quotidie MISSAM, orani quin-
cim orationes Brigittæ, peregrinatus sum ad Diu-
Iacobum, institui nobilia sacrificulorum collegia, &
id genus superstitionum alia: sed inquit, liberabo
pauperem à clamore, pupillum adiuui, oculus fuit
co, pes claudo, pater pauperum &c. Quantum au-
flagitiū sit, pauperis clamorem negligere, docet spe-
ritus sanctus, Prouerb. 21. Qui obdurat aures ad cla-
more pauperis, ipse clamabit, & nō exaudietur.

BENEDICTIO PEREUNTIS.

Beati miseri-
cordes.

Mira efficit charitas, nam si pereuntem, pro cha-
ritatis ratione tractaueris, & à perditione liberaueris
benedictionem iugem in corde eius habes, etiam si
ipse impius fuerit. Deut. 24. Si pauper est, non per-
noctabit apud te pignus, sed statim reddes ei, ante so-
lis occasum, ut dormiens in uestimento suo, benedi-
cat tibi, et habeas iusticiam coram Domino Deo tuo,
Eccle. 29. Conclude eleemosynam in sinu pauperis,
& ipse pro te exorabit ab omni malo.

IUSTICIA VESTIS MEA &c.

Iusticia est, qua innocēs liberatur: iudiciū, quo nocēs
punitur: hæc igitur duo iusticia et iudiciū, sunt uera
regalis uestis, quæ principē ornāt: sunt & sacerdotales
uestes, Psal. 132. Sacerdotes tui induantur iusticia-

O C V L V S

OCVLVS ERAM CAECO.

Quia in lege dicitur, *Leuit. 19. Non maledices sur-
do, nec coram caeco ponas offendiculum.*

ET CAUSSAM QVAM IGNORA-
BAM. id est, non praeceps, non muneribus excæca-
tus, sententiam in controuersijs pronuntiabam, sed pru-
denti & consilio, omnes causas tractabam: nam ut
Thucydides inquit, *νομίζω δὲ οὐ τὰ ἐναντιώτατα
τὰ βέλτερά τε καὶ ὀρθώτατα*, id est, pu-
tatio maxime contraria esse consultationi, præcipi-
tantiam, & iram.

CONTEREBAM MOLAS id est, coher-
ebam iniquorum conatum & tyrannidem, qua pau-
peres opprimebant: hoc enim boni Principis munus
est, parcere subiectis, & debellare superbos.

ET DICEBAM IN NIDO &c. Pollice
ba mihi securitatem, & longos uitæ dies: solemus
enim nobis propter præsentem fœlicitatem, multam
& egregiam requiem polliceri, sed ecce subita & in-
speiata oritur calamitas, nusquam enim in hoc mun-
do inuarequies est, nec cogitat quis, se in hoc seculo
quiescere, præter quã in fide possessurum, quando
non habeamus hic manentem ciuitatem.

RADIX MEA GERMIN. Benedicebatur
fruges meæ, *Deute. 28.* Nam Dominus patres etiam
carnaliter benedixit, ut discamus benedictiones spiri-
D d

A N N O T . I N H I O B

uales nobis affatim futuras, si in fide perduremus.

GLORIA MEA RENOVABATUR.

Subinde crescebat gloria mea, & mutabatur in
 cus, hoc est, augebatur potētia & maiestas mea. Glo-
 ria quidem humana, non est querenda, ut ait Hiero-
 Humanum diem non quæro: honeste tamen uuerendi
 est, tum quod ratio fidei hoc postulet, & secum ferat,
 tum ne nomen Dei quod profitemur, inter gentes ma-
 le audiat, propter nos.

ME AUDIEBANT ET EXPECTA-
 BANT. Id est, sermonem meum, omnes ueluti ora-
 culum excipiebant, nemo meam sententiam retracta-
 bat, sed ab omnibus obuijs, quod aiunt, ulnis, & ma-
 nibus, suscipiebatur: quod enim pluuia est arido & si-
 tienti agro, hoc sermo & consilium meum erat omni-
 bus tam maioribus, quā minoribus.

SI ADRIDEBAM EIS. Nouum erat & miran-
 dum, si quando adridebam eis, usque adeo me ueneraba-
 tur, siue ioco, siue serio colloquebar. Et lumine, id est,
 lætitia faciei meæ, ita non deiciebantur, ut nunquam magis
 mente sua exhilarabatur. Non credebant, id est, nihil
 tale expectabant aut suspicabantur, eo igitur gratius
 erat eis, quo minus expectatum.

SI ELEGERAM VIAS. Id est, si forte ad
 eos diuertebam, primos accubitus habebam, & non ali-
 ter ab ipsis cinctus eram, quā rex à suo exercitu, quā
 doquidem

doquidem suspiciebant me omnes, tanquā moerentiū
consolatorem, & pauperum auxiliatorem.

Ex his omnibus auctoritas Hiobis cōmendatur, ut
discamus, quāto honore Dominus pios interm cele-
bret: ex sequēti uero capite docemur, quāta eos cruce
opprimat, ut pbētur: oportet enī pios ex utraq; parte
dexterae sinistra, exercitatos esse, ut Paul. ait 2. Cor.
6. Per arma iusticiæ, dextræ et sinistrae, per gloriā &
ignomiā, per conuitia & laudes, & alibi Phil. 4.
Nouit humilis esse, noui & excellere, ubiq; & in oma-
nibus institutus sum, & saturari & esurire, & aba-
ndare, & penuriam pati.

CAP. XXX.

Nunc uero deridēt me iuniores tem-
pore, quorū reiecissē patres nec
posuissē cum canibus gregis mei,

Quorum uirtus manuum quid mihi
cum ipsis peribat senium.

Præ egestate & fame solitarie fugie-
bant ad desertum, hesternam pressuram
& consternationem.

Euellentes urticam circa arbustum, &
radix Iuniperorum cibus eorum.

D d 3